

VVILHELMVS PRINCEPS VRANIENSIS.



Vilhelmus ex illustri familia comitum Nasso uiorū natus, & in omni genere uirtutum honeste educatus est. Is à pueris operam literis dedit, & mediocrem earum usum sibi cōparauit. Postea Vraniensis princeps constitutus, Cæsaris castra se qui, & corporis sui fortitudinem declarare cœpit. In eo genere uitę talem se exhibuit, ut à Carolo Imperatore aurei uelleris eques crearetur, & in sumum illum militarem ordinem recipere tur. Ut autem Vuilhelmus Carolo Cæsari gratus, ita etiam Philippo eius filio Hispaniarū regi acceptissimus fuit, ita ut ipsius nomine inter Belgas res maximas administrarit, & magnum sibi nomen conciliarit.

In comitijs quoq; Imperij principibus adfuit, atq; 1558 Electoribus Caroli Cæsaris nomine Imperium restituit, & ut Ferdinandus Imperator eligeretur petiit. Parī modo etiam postea, cum Maximilianus 1561 Franckoforti rex Romanorum decerneretur, interfuit, & cunctis principibus ob multas anīmi & corporis uirtutes innotuit. Hoc modo Vuilhelmus etiamnum pergit, & patriæ ornamento existit. Anon.